

finiendus temporalis annus à sidereo. Naturalē quippe seu tem-  
 poralem uocamus annū, qui nobis quaternas uicissitudines tem-  
 perat annuas. Sidereū uero eum, qui ad aliquā stellarum non er-  
 rantiū reuoluitur. Quod aut̄ annus naturalis, quem etiā uerten-  
 tem uocāt, inæqualis existit, priscorum obseruata multipliciter  
 declarant. Nam Calippus, Aristarchus Samius, & Archimedes  
 Syracusanus, ultra dies integros CCCLXV. quartam diei partem  
 continere definiunt, ab æstiuā cōuersione principiū anni sumen-  
 tes more Atheniensiu. Verum C. Ptolemæus animaduertens  
 difficilem esse, & scrupulosam solsticiorū appræhensionē, haud  
 satis cōfusus est illorū obseruatis, contulitq; se potius ud Hippar-  
 chum, qui nō tam Solares conuersiones, quā etiam æquinoctia  
 in Rhodo notata post se reliquit, & prodidit aliquantulū dees-  
 se quartæ diei. Quod postea Ptolemæus decreuit esse trecentesi-  
 mam partem diei, hoc modo. Assumit enim Autumni æquino-  
 ctium, quā accuratissime ab illo obseruatū Alexandriæ, post ex-  
 cessum Alexandri Magni, anno CLXXVII. tertio intercalarium  
 die secundū Ægyptios in media nocte, quam sequebatur quar-  
 tus intercalariū. Deinde subiungit Ptolemæus idē æquinoctiū  
 à se obseruatum Alexandriæ anno tertio Antonini, qui erat à  
 morte Alexandri annus CCCCLXIII. nona dies mensis Athyr  
 Ægyptiorū, tertij una hora ferè post ortum Solis. Fuerunt inter  
 hęc ergo, & Hipparchi cōsiderationē anni Ægyptij CCLXXXV  
 dies LXX. horæ VII. & quinta pars unius horæ, cū debuissent  
 esse LXXI. dies, & sex horæ, si annus uertens fuisset ultra dies in-  
 tegros quadrāte diei. Defecit igitur in annis CCLXXXV. dies u-  
 nus minus uigesima parte diei. Vnde sequitur, ut in annis CCC.  
 intercidat dies totus. Similem quoq; ab æquinoctio Verno su-  
 mit coniecturā. Nam quod ab Hipparcho annotatū meminit  
 Alexādrī anno CLXXVIII. die XXVII. Mechir sexti mēsis Æ-  
 gyptiorū in ortu Solis, ipse in anno eiusdē CCCCLXIII. reperit  
 septimo die mēsis Pachon noni secundū Ægyptios post meridiē  
 una hora, & paulo plus, atq; itidē in annis CCLXXXV. diē unum  
 deesse minus uigesima pte diei. Hisce Ptolemæus adiutus indicī-  
 is, definiuit annū uertentē esse dierū CCCLXV. scrup. primorū  
 XIII. secundorū XLVIII. Post hęc Machometus in Areca Syriæ,  
 u iij non